

299.

1238 d. 15 Jan.

Lateran.

Påfv. GREGORIUS IX:s Bref till Ärke-Biskoparne i Lund och Upsala, rörande Biskopens (STENAR) i Skara beviljade afsked från Embetet för sjukdoms och ålderdoms skull, och om ett anständigt underhåll för honom af Biskopsgodsen.

K. c. 176.

*Gregorius Papa IX. Lundensi et Upsalensi Archiepiscopis.*

Præsentatæ nobis litteræ Venerabilis Fratris nostri . . Scarensis Episcopi continebant, quod cum idem Episcopus laboribus & ætate confractus in senium iam declinet, tanta corporis & animi infirmitate grauatur, quod impotens penitus est effectus ad exequendum officium Pastorale. Quare nobis humiliter supplicauit, vt ipsum ab onere sollicitudinis Pastoralis absolueretur curaremus, facientes ei, ne in opprobrium Episcopalis dignitatis mendicare cogatur, de bonis Episcopalibus, vnde congrue sustentari valeat prouideri. Quocirca mandamus quod si est ita, cessionem ipsius recipiatis vice nostra, & de redditibus Episcopalibus auctoritate Apostolica prouideatis eisdem, vnde competenter valeat sustentari, ea temperanti æquitate seruata, ut sibi competens vitæ conferatis subsidium, & tribulationem Scarensis Ecclesiæ minime infligatis. Datum Laterani XVIII. Calendas Februarij Anno vndecimo.

300.

1238.

Konung ERIC ERICSSONS stadfästelse å en förening mellan Munkarne i Nydala och invånarne i Östbo, hvarigenom de förre erhöilo hela Nutahults skogen, med rättighet att till mulbete, ållonskog, vedhygge, bitägt och jagt, äfven begagna Flata skogen, som i öfrigt helt och hållet tillföll häradet.

A. 3. x. 1: 7.

E. dei gratia sueorum rex. huius nominis tercius. christi fidelibus tam presentibus quam post futuris omnibus salutem in perpetuum. Notificamus uniuersis quod compositio pacis & diuisio siluarum flatu uidelicet et mutaholt que facta est a monachis noueuallis & prouincialibus de øsbo. anno incarnationis domini. M°.CC°.XXX .VIII°. in hunc modum. scilicet ut silua que dicitur mutaholt cum omnibus sibi adiacentibus monachorum sit perpetua atque firma possessio. & silua que flata nominatur ad prouinciam totaliter permaneat. ita tamen ut sine monachis non uendatur. & salua eis permaneat libertas adeundi siluam suprascriptam pro diuersis utilitatibus. id est pro pecoribus pascendis pro porcibus inpinguandis. pro lignis scindendis. pro apibus inquirendis. & pro uenationibus. a nobis auctoritate regia con-